

# Notes du mont Royal

[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Cette œuvre est hébergée sur «*Notes du mont Royal*» dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES  
Google Livres

ΗΘΙΚΗ ΠΟΙΗΣΙΣ

SIVE

G N O M I C I

POETAE GRAECI

---

AD OPTIMORUM EXEMPLARIUM

FIDEM EMENDAVIT

RICH. FRANC. PHIL. BRUNCK.

---

EDITIO NOVA CORRECTA NOTISQUE

ET INDICIBUS AUCTA.

---

L I P S I A E,

SEMITIBUS GERH. FLEISCHERI JUN.

1 8 1 7.

1910

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

RECORDS

1910

CHICAGO, ILL.

1910

1910

1910

1910

1910

1910

---

LECTORI

S. D.

RICH. FRANC. PHIL. BRUNCK

REGIAE INSCRIPTIONUM

ET HUMANIORUM LITERARUM ACADEMIAE

SOCIUS.

---

Quum a me Sophoclem iamdudum expectes, miraberis; Lector amice, nec forte moderate feres, libellum tibi obtrudi, qui nihil habet cum illo commune. Sic iam questi sunt ex amicis etiam meis nonnulli, quum necopinantibus illis, longeque alias res meditari me putantibus, prodierunt cura mea aliquantulum expoliti Argonauticorum Poëta, et facetissimus veteris comœdiæ scriptor. Bono animo es: explebitur cum Deo expectatio desiderii tui. Praelum tandem subiit Princeps Tragicorum: excusa iam sunt Scholia omnia, quorum de edendi ratione non ita pridem

sententiae suae participes fecit literatos omnes in Eruditorum Diario Vir morum probitate, integritate vitae, doctrinae elegantia apud bonos omnes maxime commendatus, et supra impurissimorum scurrarum calumnias et conyicia, immensum quantum euectus. Perductae sunt item ad finem quatuor Tragoediae; quinta operas exercet. Inceptum opus, quantum per me licebit, non intermittetur; nec tamen ita properabitur, ut festinationis olim poenitendum mihi sit, neu, si quid mihi interea diversum arriserit, animo ut non geram morem. Datam fidem praestiturum me spero; sed videto: in diem certam non promisi; nam a Sophoclis studiosis pignora pelliciendo, argento quemquam circumdaxi, quod faciunt hodie nebulones quidam perditissimi, ita ut integrum mihi semper futurum sit, uti legitima exceptione. Iam vero, quanam fuerit in edendo hoc libello ratio consilii mei, paucis doceendus es. Poëtarum, quos Gnomicos vocant, editionem accuratam et venustam nullam videram. Veteris sapientiae, Graecaeque elegantiae studiosis gratum me facturum quid putavi, si eis enchiridion

hoc nitidius politiusque ornatum traderem. Theognidem, qui agmen hic ducit, primus in lucem edidit. Aldus Mantinus, cuius liber instar est veteris apographi, quo ipse usus est. Codicis illius vitium, ut in principem editionem, sic ex ea in ceteras omnes permansit, quod quale sit, cuius hanc novam cum aliis conferenti statim in oculos incurret. Nempe Theognidis poësis quae superest, non est continuum opus, sed ex fragmentis constat e variis illius hominis elegiis aut poëmatibus excerptis.\*) Illam ad quatuor codices Bibliothecae Regiae contuli, quorum in tribus sententiae fere ad eundem modum distinctae sunt, quo in hoc libello. Singulae vel in capite habent literam maiusculam miniatam, vel litera illa carent, vacuo reflecto spatio, ubi peritioris calligraphi manu

[\*) Valokharjus ad Euripid. Phoeniss. p. 164, b. Theognidis reliquias dicit male consarcinatas. Idem ad Xenophont. Memorab. p. 259. sq. Ern.: „Videntur, quae nobis supersunt, Theognidea ex variis Elegiis confecta.“ Quid quod pro Anthologia e variorum poëmatibus decerpta habuit Heynius ad Homer. II. T. VII. p. 720. „Quae habemus [Theognidea], inquit, satrago sunt ex pluribus ac diversis poëtis, quae tamen ad Cynnum scripta sunt, pro antiquioribus haberi possunt.“]

pingenda erat. Praeterea qui primus far-  
raginem illam coagmentavit, Theognideis  
versus plurimos immiscuit aliorum aucto-  
rum, Tyrtæi, Mimnermi, et maxime So-  
lonis. Poterant quidem illi inter Theo-  
gnideos relinqui, si Theognis seorsim et  
sine ullo comitatu excuderetur; sed quum  
adiunctos habeat illos ipsos scriptores,  
quorum possessionem invaserat, interdicto  
adversus eum agi, tum aequitatis, tum  
conscientiæ ratio postulabat; qua de re  
in notis dixi.

Insunt huic editioni omnia, quæ con-  
tinet pars altera editionis Poëtarum mi-  
norum Graecorum Radulphi Winterton,  
Cantabrigiæ excusæ anno MDCLXXVII.  
praeter Orphei, vel nescio cuius id no-  
men mentiti, fragmenta tria, quæ in Or-  
phicorum editione Gesneriana legi satius  
visum est, ideoque removenda duxi. Sed  
horum in locum Cleanthis pulcherrimum  
Hymnum suffeci; insuperque Hesiodi Poë-  
ma *ἠθικόν*, si quod aliud, huic collectioni  
addidi. Pseudo-Phocylidis carmen ex iis-  
dem Regiis codicibus emendavi, qui Theo-  
gnidem continent, quorum unus Hesiodum

etiam habet. Alia quaecunque omnia Stobaei Florilegium servavit, ad scriptum codicem Bibliothecae Regiae collata, longe emendatius quam antea in hoc libello exhibentur. Solonis inter veteres Sapientes praestantissimi non pauca solum fragmenta, sed quaecunque ad nostram aetatem pervenerunt et conquiri potuerunt,\*) secundis curis limatiora in hanc collectionem intuli. In Comicorum vero sententiis fragmenta aliquot, quorum partem tantum Winter-toni editio exhibet, integra dedi, ex auctoribus qui ea servarunt.

Latinam versionem plerisque horum carminum adiungi solitam, ut tironibus damnosam, doctoribus inutilem, consulto omisi. Ne tamen hic libellus omni utilitatis aut voluptatis fructu careret, quem capere possent qui literis graecis haud fuerunt imbuti, sententias et fragmenta ab Hugone Grotio, aliisque summis viris eleganti carmine latino reddita singulis graecis subieci. Notas addidi breves, criticas fere et graecae lectionis constitutionem spectan-

[\*) De Solonis reliquiis nonnulla habet Valckenarius ad Herodot. p. 434.]



tes. \*) Anthologiam sententiarum parallelarum e graecis latinisque Poëtis facere perfacile fuisset; sed inutili mole librum onerare nolui. Stobaeum adeant et florilegia latinorum Poëtarum, qui, quot diversis modis res eadem possit enuntiari, perpendere amant. Pauca sunt haec, quibus te volebam, Lector amice; nec te diutius demorabor. Fruere hac nostra opella, quae si tibi tuisque ita, ut fore confido, erit accepta et utilis, otium mihi tranquilum et diuturnum precare, quod nulli alii rei libentius impendam, quam ut bonarum literarum studiis commodem.

Dabam Argentorati 13. Martii 1784.

[\*) Hae notae in Argentoratensi editione, ut in omnibus Brunckianis, textum poëtarum sequentes posteriorem libri partem conficiunt: cuius ordinis rationem reddit ipse Brunckius in praefatione ad Comicum paulo post initium. Nos commodioris usus gratia singulis versibus, quo quaeque pertinebat, substravimus: id quod lectores meminisse oportet, sicubi in textu editum viderint, quod in notis, scriptis, ut videtur, post textum iam typis expressum, certe aliquanto post excusis Argentorati, retractatus.]

**G N O M I C I**

**P O E T A E G R A E C I.**

# Notes du mont Royal

[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Une ou plusieurs pages sont omises  
ici volontairement.

T Y P T A I O Y.

I.

*Τ*εθνάμεναι γὰρ καλὸν ἐπὶ προμάχοισι πεθόντα  
 ἄνδρ' ἀγαθόν, περὶ ἧ πατρίδι μαρνάμενον·  
 τὴν δ' αὐτοῦ προλιπόντα πόλιν καὶ πίνοντας ἀγροὺς  
 πτωχεύειν, πάντων ἔστ' ἀνηρότατον,  
 5 πλαζόμενον σὺν μητρὶ φίλῃ, καὶ πατρὶ γέροντι,  
 παισὶ τε σὺν μικροῖς, κουριδίῃ τ' ἀλόχῳ.  
 ἔχθιστος γὰρ τοῖσι μετέσσειται, οὓς κεν ἴκηται,  
 χρησιμοσύνη τ' εἰκὼν καὶ στυγερῇ πενήνῃ·  
 αἰσχύνει τε γένος, κατὰ δ' ἀγλαὸν εἶδος ἐλέγχει,  
 10 πᾶσα δ' ἀτιμία καὶ κακότης ἔπεται.

TYRTAEI Elegiam I. debemus Lycurgo in oratione contra Leocratem, ubi clauditur disticho quod in Elegia II. est undecimum commodiore sede, quodque his huc legi inutile visum est. BRUNCK.

7. ἔχθιστος γὰρ τοῖσι. Jo. Taylori emendatio est. Aldus habet ἔχθρός γὰρ τοῖσι, claudicante versu. Veram nunc lectionem tenere mihi videor. Scribere debuit librarius, ut mox v. 21.

*ἔχθρός γὰρ δὴ τοῖσι μετέσσειται, οὓς κεν ἴκηται.*

BRUNCK.

Suspiciatus eram:

*ἔχθρός γὰρ τοῖσι μετέσσειται, οὓς κεν ἴκηται.*

Sed omnem de h. v. litem composuit doctissimi Heinrichii nota in Franckii Callino p. 183.: „Duo contuli codices MSS. Orationis Lycurgi, Germanicum unum et alterum Italicum, *κειμήλια* perrara, ac testor, in utroque clare scriptum esse: *ἔχθρός μὲν γὰρ τοῖσι κ. τ. λ.*“

- εἶδ' οὕτως ἀνδρός τοι ἀλαμίνου οὐδεμί' ὄρη  
 γίγνεται, οὐτ' αἰδῶς εἰσοπίσω τελέθει.  
 θυμῷ γῆς περὶ τῆσδε μαχώμεθα, καὶ περὶ παίδων  
 θνήσκωμεν, ψυχῶν μηκέτι φειδόμενοι,  
 15 ὦ νέοι, ἀλλὰ μάχεσθα παρ' ἀλλήλοισι μένοντες,  
 μηδὲ φυγῆς αἰσχρὰς ἄρχετε, μηδὲ φόβου.  
 ἀλλὰ μέγαν ποιεῖτε καὶ ἄλκιμον ἐν φρεσὶ θυμόν,  
 μηδὲ φιλοψυχεῖτ' ἀνδράσι μαρνάμενοι.  
 τοὺς δὲ παλαιότερους, ὧν οὐκ ἔτι γούνατ' ἐλαφρὰ,  
 20 μὴ καταλείποντες φεύγετε τοὺς γεραιούς.  
 αἰσχρὸν γὰρ δὴ τοῦτο, μετὰ προμάχοισι πεσόντα  
 κείσθαι πρόσθε νεῶν ἀνδρα παλαιότερον,  
 ἦδη λευκὸν ἔχοντα κάρη, πολίον τε γένειον,  
 θυμὸν ἀποπνεύοντ' ἄλκιμον ἐν κονίῃ,  
 25 αἱματόεντ' αἰδοῖα φίλαις ἐν χερσὶν ἔχοντα,  
 (αἰσχρὰ τὰ γ' ἀφθαλμοῖς καὶ νεμεσητόν ἰδεῖν)  
 καὶ χροῶ γυμνωθέντα. νέοισι δὲ πάντ' ἐπίοικεν·  
 ἄρ' ἄρα τῆς ἠβῆς ἀγλαὸν ἄνθος ἔχη,  
 ἀνδράσι μὲν θνητὸς ἰδεῖν, ἐρατὸς τε γυναιξί,  
 30 ζωὸς ἔων, καλὸς δ' ἐν προμάχοισι πεσῶν.

## II.

Ἄλλ' Ἡρακλῆος γὰρ ἀνικῆτου γένος ἔστέ·  
 θαρσεῖτ', οὕτω Ζεὺς ἀνύχένα λοξὸν ἔχει.  
 μηδ' ἀνδρῶν πληθὺν δειμαίνετε, μηδὲ φοβεῖσθε,  
 ἰθὺς δ' ἐς προμάχους ἀσπίδ' ἀνήρ' ἐχέτω,

28. ἄρα τῆς ἐρατῆς Valckenarius Diatr. Eurip. p. 293.  
 Eodem modo in Minnermi fragmento ap. Strabon. T.  
 V. p. 507. ἄρα τὴν in ἐρατὴν mutavit Wyttenbachius  
 Bibl. Crit. I. 2. p. 52. — τῆς ἠβῆς ἄνθος ut infra Mi-  
 nnerm. I. 4. ἀνθεα τῆς ἠβῆς.  
 Elegiam II. servavit Stobaeus Tit. 50. ΒΛΥΠΚ.

- 5 ἐχθρὰν μὲν ψυχὴν θέμενος, θανάτου δὲ μελαινας  
 κῆρας, ἴσ' ἀνγαῖσιν ἠελίοιο, φίλας.  
 ἴστε γὰρ ὡς Ἀρεως πολυδακρύου ἐργ' ἀριόηλα,  
 εὖ δ' ὄργην ἐδάητ' ἀργαλείου πολέμου·  
 καὶ πρὸς φευγόντων τε διωκόντων τ' ἐγένεσθε,  
 10 ὦ νέοι, ἀμφοτέρων δ' εἰς κόρον ἤλασατε.  
 οἱ μὲν γὰρ τολμῶσι, παρ' ἀλλήλοισι μένοντες,  
 εἰς τ' αὐτοσχεδίην καὶ προμάχους ἵεναι,  
 παυρότεροι θνήσκουσι, σάουσι δὲ λαὸν ὀπίσω·  
 τρεσσάντων δ' ἀνδρῶν πᾶσ' ἀπόλωλ' ἀρετῆ  
 15 οὐδεὶς ἂν ποτε ταῦτα λέγων ἀνύσειεν ἕκαστα,  
 ὅσθ', ἐὰν αἰσχροὶ πάθῃ, γίγνεται ἀνδρὶ κακῷ.  
 ἀργαλίον γὰρ ὀπισθε μετάφρενόν ἐστι δαΐζειν  
 ἀνδρὸς φεύγοντος δῆϊώ ἐν πολέμῳ.  
 αἰσχρὸν δ' ἔστι νέκυς κατακείμενος ἐν κονήσῃ  
 20 νῶτον ὀπισθ' αἰχμῇ δουρὸς ἐληλαμένος.  
 ἀλλὰ τις εὖ διαβὰς μενέτω, ποσὶν ἀμφοτέροισι  
 στηριχθεὶς ἐπὶ γῆς, χεῖλος ὀδοῦσι δακῶν,  
 μηρούς τε, κνήμας τε κάτω, καὶ στέρνα, καὶ ὦμους  
 ἀσπίδος εὐρείης γαστρὶ καλυψάμενος·

6. In scripto Stobaeo legitur: κῆρας ἐπ' ἀνγαῖσιν ἠελίοιο φίλας. Menda manifesta. Grotius dedit κῆρας ὁμῶς ἀνγαῖς —. Minori mutatione veram lectionem certissime restituit Vir doctus in Miscell. Observ. T. I. p. 128. ἴσα, ἴσως, ἐπίσης, instar, ceu, aequae. BRUNCK.

9. πρὸς φευγόντων. Sic Stobaei cod. eleganter. Grotius dedit μετὰ φευγόντων. Significat εἶναι πρὸς τινός, esse a partibus alicuius. BRUNCK.

16. ἐὰν αἰσχροί. Hanc scripturam requirit metri integritas. Perperam in libris ἂν αἰσχροί. In fine versus duplicem lectionem praestat codex, κατὰ et κακῶ. Priorem praefero. BRUNCK. Brunckius ἂν pro ἐὰν dictum corripere credidit. Idem aliis visum: sed sunt qui prae-fracte negent; quo iure, ipsi viderint. Monui de hac re in Ind. ad Odys. p. 147. Nunc addo ex Antholog. Palat. T. II. p. 343. n. 74. v. 9. ὄξος ἂν αἰτήσω.

- 25 δεξιτέρῃ δ' ἐν χειρὶ τινασσέτω ὄβριμον ἔγχος,  
 κινεῖται δὲ λόφον δεινὸν ὑπὲρ κεφαλῆς.  
 ἔρδων δ' ὄβριμα ἔργα, διδασκείσθω πολεμίζειν,  
 μηδ' ἐκτὸς βελέων ἐστάτω ἀσπίδ' ἔχων.  
 ἀλλὰ τις ἐγγύς ἰὼν, αὐτοσχεδὸν ἔγχεϊ μακρῷ  
 50 ἢ ἕψει οὐτάζων, δῆϊον ἄνδρ' ἐλέτω  
 καὶ πόδα παρ' ποδὶ θείσ, καὶ ἐπ' ἀσπίδος ἀσπίδ'  
 ἔρεισας,  
 ἐν δὲ λόφον τε λόφῳ, καὶ κυνέην κυνέη,  
 καὶ στέρνον στέρνω, πεπλημένος ἀνδρὶ μαχέσθω,  
 ἢ ἕϊφρος κώπην, ἢ δόρυ μακρὸν ἐλών.  
 35 ὑμεῖς δ', ὦ γυμνήτες, ὑπ' ἀσπίδος ἄλλοθεν ἄλλος  
 πτώσσοντες, μεγάλοις σφάλλετε χειρμαδίους,  
 δούρασί τε ξεστοῖσιν ἀκοντίζοντες ἐς αὐτοὺς,  
 τοῖσι πανοπλίταις ἐγγύθεν ἰστάμενοι.

## III.

Οὐτ' ἂν μνησαίμην, οὐτ' ἐν λόγῳ ἄνδρα τιθείμην,  
 οὔτε ποδῶν ἀρετῆς, οὔτε παλαισμοσύνης,  
 οὐδ' εἰ Κυκλώπων μὲν ἔχοι μέγεθός τε βίην τε,  
 νικῶη δὲ θείων Θρηάκιον Βορέην·

33. πεπλημένος. Perperam in libris πεπαλημένος.  
 BRUNCK.

38. τοῖσι πανοπλίταις ἐγγύθεν ἰστάμενοι. Sic Stobaei  
 cod. In Grotii editione πλησίον ἰστάμενοι. BRUNCK.

Elegiam III. servavit itidem Stobaeus Tit. LI. BRUNCK.

1. τιθείμην. Vulgo legitur τιθείην. BRUNCK. Non in-  
 frequens harum formarum in libris commutatio. V.  
 Valckenar. ad Euripid. Phoen. p. 189. b. Activo non  
 offenditur Porsonus citans primos novem huius Elegiae  
 versus ad Euripid. Med. v. 542. componensque cum Eu-  
 ripideis et Theocriteis. Hic et post Wakefieldus Silv.  
 Crit. III. p. 26. tentavit nonnulla, a quibus manum  
 vellem abstinuisset.

- 5 οὐδ' εἰ Τιθωνοῖο φηὴν χαριέστερος εἶη,  
 . . . . . πλαντοίῃ δὲ Μίδεω καὶ Κινύρῳ βάθιαν,  
 οὐδ' εἰ Τανταλίδεω Πηλοπος βασιλεύτερος εἶη,  
 γλῶσσαν δ' Ἀδρήστου μελιχόγηρον ἔχοι,  
 οὐδ' εἰ πᾶσαι ἔχοι δόξαν, πλὴν θούριδος ἀλκῆς·
- 10 οὐ γὰρ ἀνὴρ ἀγαθὸς γίγνεται ἐν πολέμῳ,  
 εἰ μὴ τετλαίῃ μὲν ὄρων φόνον αἱματόεντα,  
 καὶ δῆϊων ὀρέγοιτ' ἐγγύθεν ἰστάμενος.  
 ἢ δ' ἀρετῇ, τό γ' ἄριστον ἐν ἀνθρώποισιν ἄεθλον,  
 κάλλιστόν τε φέρειν γίγνεται ἀνδρὶ νέῳ.
- 15 ξυγόν δ' ἰσθλὸν τοῦτο πόλῃ τε, παντί τε δήμῳ,  
 ὅς τις ἀνὴρ διαβὰς ἐν προμάχοισι μένη  
 νωλεμέως, αἰοχρᾶς δὲ φυγῆς ἐπὶ πάγγυ λάθεται,  
 ψυχὴν καὶ θυμὸν τλήμονα παρθέμενος,  
 θαρσύνῃ δὲ πεσῖν τὸν πλησίον ἀνδρα παρεστῶς·
- 20 οὗτος ἀνὴρ ἀγαθὸς γίγνεται ἐν πολέμῳ·  
 αἶψα δὲ δυσμενέων ἀνδρῶν ἔτρεψε φάλαγγας  
 τροχθείας, σπουδῇ τ' ἔσχεθε κῦμα μάχης.  
 αὐτὸς δ' ἐν προμάχοισι πεσὼν φίλον ὤλεσε θυμὸν,  
 ἄστυ τε, καὶ λαοὺς, καὶ πατέρ' εὐκλείδας,
- 25 πολλὰ διὰ στέρνοιο, καὶ ἀσπίδος ὀμφαλοέσσης,  
 καὶ διὰ θώρηκος πρόσθεν ἐληλαμένος.  
 τὸν δ' ὀλοφύρονται μὲν ὁμῶς νέοι ἠδὲ γέροντες,  
 ἀργαλίῳ τε πόθῳ πᾶσα κέκηδε πόλις.  
 καὶ τύμβος, καὶ παῖδες ἐν ἀνθρώποις ἀρίσημοι,
- 30 καὶ παίδων παῖδες, καὶ γένος ἐξοπίσω.  
 οὐδέποτε κλέος ἰσθλὸν ἀπόλλυται, οὐδ' ὄνομ' αὐτοῦ·  
 ἀλλ' ὑπὸ γῆς περ ἐὼν γίγνεται ἀθάνατος,

13. ἢ δ' ἀρετῇ, τό γ' ἄριστον ἐν ἀνθρώποισιν ἄεθλον.  
 Sic in scripto: at in impresso Stobaeo, τόδ' ἄεθλον ἐν  
 ἀνθρώποισιν ἄριστον. BRUNCK.



ὄν τιν' ἀριστεύοντα, μέροντά τε, μαρνάμενόν τε  
 γῆς πέρι καὶ παίδων, θούρος Ἀρης ὀλέση.  
 35 ἦν δὲ φύγη μὲν κῆρα τανηλεγέος θανάτιοι,  
 νικήσας δ' αἰχμῆς ἀγλαὸν εὖχος ἔλη,  
 πάντες μιν τιμῶσιν ὁμῶς νέοι ἠδὲ παλαιοί,  
 πολλά δὲ τερπνὰ παθῶν ἔρχεται εἰς Αἶθην.  
 γηρόσκων δ' ἀστοῖσι μεταπρέπει, οὐδέ τις αὐτὸν  
 40 βλάπτειν οὐτ' αἰδοῦς, οὐτε δίκης ἐθέλει.  
 πάντες δ' ἐν θώκοισιν ὁμῶς νέοι, οἳ τε κατ' αὐτὸν,  
 εἰκούς' ἐκ χώρης, οἳ τε παλαιότεροι.  
 παύτης νῦν τις ἀνὴρ ἀρετῆς εἰς ἄκρον ἰκέσθαι  
 πειράσθω θυμῷ, μὴ μεθίεις πόλεμον.

35. Soloece in libris εἰ δὲ φύγη. Ignorarunt librarii constructionem coniunctionum εἰ et ἂν vel ἦν, quas perpetuo commutatas reperias. Saepissime tamen in editores culpa transferenda, quod multis exemplis ostendere possem e collatione codicum Oppiani, quam forte ad manum habeo. BRUNCK. Sed v. prolixam disputationem Bastii in Epist. Crit. p. 127. sqq. ed. Lips. et quae ex Schedis Heynianis ad Pindar. Nem. VII. 16. evulgata sunt.

40. βλάπτειν i. q. στερεῖν. Sic etiam Theognis v. 223.

42. Scr. εἰκοναὶ χώρης. Vide ad Theognidem 913.

BRUNCK.

44. πόλεμον. Nuper denuo editum est πολέμον, „quod unice Homericum sit μεθίεναι πολέμον, — μεθίεναι πόλεμον ne Graecum quidem.“ De usu illo Homericum non repugno: sed μεθίεναι πόλεμον non dicam barbarum. Valckenarius ad Euripid. Phoen. p. 189. b.: „inter alias haec etiam est optimae frugis observatio Rich. Dawes, Miscell. Crit. p. 258, 259. activum μεθίημι accusativum coniungi, medium μεθίεμαι cum casu secundo.“ Quod si forte proprium dicas Atticorum poetarum, audi Dammium in Lexico Homericum col. 957. v. μεθίημι: „hoc verbum activum solet habere accusativum, nisi subintelligenda est ellipsis τοῦ τι. medium vero habet genitivum.“ Quamquam h. l. accusativum cedere genitivo facile patior. Iam H. Stephanus dedit: πειράσθω, θυμὸν μὴ μεθίεις πολέμον, paullo aliter ille haec intelligens.

# Notes du mont Royal

[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Une ou plusieurs pages sont omises  
ici volontairement.

---

T Y R T A E I

ELEGIA II.

INTERPRETE H. GROTIŌ.

---

Audite, invicti quando genus Herculis estis:  
    obstipo nondum Iuppiter est capite.  
Ne stantum contra numerum trepidate virorum,  
    sed parmam primis obiicite agminibus.  
Proiicite ex animo hanc animam, nec lumina Solis  
    quaerite prae Mortis nocte soporifera:  
scitis enim, saevi quam facta illustria Martis,  
    quam sit bellorum nobilis ille furor,  
saepe fugam experti, fugientes saepe secuti:  
    ō iuvenes, sors vos ista, nec ista latet.  
Nam qui consertis clypeorum umbonibus audent  
    cominus in primos vulnera ferre viros,  
saepe minus pereunt, et servant pone sequentes:  
    at timidis virtus undique disperit.  
Nec quisquam fando valeat memorare, malorum  
    degeneres animos millia quanta premunt.  
Turpe etenim trepido fugientem praelia cursu  
    imbelli dorso vulnera suscipere:  
turpe et pulverea stratum tellure cadaver,  
    cuius ab hostili cuspide terga rubent.  
Sed bene progressus miles pede calcet utroque  
    tellurem, et labrum dente premat tacito:

crus, latosque humeros, et pectus forte, femurque  
ventroso clypeus ferreus orbe tegat:

dextera sed validam summa vi torqueat hastam,  
pennata et galeam crista supervolitet.

Discite belligeram faciendo fortiter artem:

munitum scuto tela timere nefas.

Cominus aggrediens, protentam quilibet hastam,

vel gladium, hostili deprimat in latere:

haereat et scutum scuto, stabilisque pedi pes,

tum conus cono, tum galeae galea:

pectora pectoribus coeant: sic ipsius hostis

vel telum manibus prendite, vel capulum.

Tu vero interea veles post scuta latescens,

nec lapidum densis imbribus obruere,

nec cessa iaculis obstantem figere turbam:

te teget armato milite densa cohors.

### TYRTAEI ELEGIA III.

INTERPRETE H. GROTIŌ.

Non ullo in pretio, non ulla laude notandus,

sive pedis celeris, sive manus pugilis,

sit licet et vasto Cyclopum corpore maior,

et superet cursu Threïcium Boream,

tum pulchrae vincat Tithonum munere formae;

divitiis Cinyram, divitiisque Midam,

Tantalidam Pelopem diffuso limite regni,

Adrastum blandi vocibus eloquii,

omnia quin habeat, si desit adorea belli:

quippe usus nullos tempore Martis habet;

qui non intrepidus caedem spectare cruentam,

consertumque hosti gaudet habere pedem.

Hoc vere solidum certamen, et unica virtus  
 aeterno iuvenes quae decorat decore.  
 Res populi, commune bonum, vir robore praestans,  
 immotus primis qui stat in ordinibus,  
 oblitusque fugae venit in certamina Martis,  
 adiiciens animum, proiiciens animam:  
 qui propter stantem generosae mortis amore  
 concitat: hunc bello dixeris egregium:  
 quem subito hostiles pavitant fugitantque catervae:  
 qui belli fluctus arte manuque regit:  
 qui dulcem amittit, sed primus, in agmine vitam:  
 magnus honor generi, magnus honor patriae:  
 vulnera multa ferens, adversa sed omnia, fosso  
 pectore, lorica nec minus, et clypeo.  
 Huius ad exequias plorant iuvenesque senesque:  
 hunc tota urbs planctu funera prosequitur:  
 sed nec honore caret tumulus, sobolesque superstes,  
 et sobolis soboles, totaque posteritas:  
 semper honos nomenque manent et posthuma fama:  
 sub tellure siti gloria morte caret:  
 scilicet intrepidum quem stantem et belligerantem  
 pro patria et natis Mars ferus abripuit.  
 Fugerit at nigrae si longa silentia noctis,  
 et spolia e bello victor opima ferat,  
 hunc venerata minor colit, hunc et serior aetas:  
 sic tumulum multo plenus honore petit:  
 cuius honoratam populo nec vocibus ausit  
 nec dictis quisquam laedere canitiem:  
 assurgunt illi iuvenes, aequaevaue turba:  
 assurgunt aevo iam graviore senes.  
 Hoc nunc quisque paret virtutis scandere culmen,  
 bellum indefesso sollicitans studio.

# Notes du mont Royal

[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Une ou plusieurs pages sont omises  
ici volontairement.

# INDEX POETARUM

QUORUM CARMINA AUT FRAGMENTA HOC  
SYNTAGMATE CONTINENTUR.

ΣΥΝΤΑΓΜΑ ΤΩΝ ΠΟΙΗΤΩΝ

(*Numeri paginas indicant.*)

## A.

Alexis. 255.  
Amphis. 256.  
Anaxandrides. 256.  
Antiphanes. 257.  
Aposiodorus. 259.

## C.

Callimachus. 192.  
Callinus. 87.  
Cleanthes. 203.  
Clearchus. 281.  
Crates. 274.

## D.

Diodorus. 272.  
Diphilus. 260.

## E.

Eratosthenes. 194.  
Eriphus. 278.  
Eubulus. 273.  
Euenus. 190.

## G.

Gnōmae. 300.

## H.

Hesiodus. 212.  
Hipparchus. 274.

## L.

Linus. 184.

## M.

Menander. 261.

Menecrates. 194.  
Metrodorus. 196.  
Mimnermus. 99.  
Monosticha. 300.

## N.

Naumachus. 176.  
Nicostratus. 275.

## P.

Panyasis. 186.  
Pherecrates. 275.  
Philemon. 267.  
Philippides. 276.  
Philippus. 275.  
Phocylides. 125.  
Phocylides Pseudonymus.  
152.  
Posidippus. 195. 278.  
Pythagoras. 146.

## R.

Rhianus. 188.

## S.

Simonides. 128.  
Solon. 104.  
Sotades. 276.

## T.

Theognis. 3.  
Timocles. 279.  
Tyrtaeus. 89.

## INDEX IN NOTAS.

### A.

- ἀαδής. 25.  
 ἀβροχαιήεις. 132.  
 ἀγανόφωνων antepaenultima  
 producta. 158. [Cyclicus  
 poeta apud Scholiast. ad  
 Euripid. Orest. 1592. Barn.  
 χροσίην, φύλλοισιν ἀγαν-  
 νοῖσι κομόωσαν. Clarissi-  
 mus Matthiae edidit sim-  
 plici *v*; ἀγανοῖσι.]  
 ἀγκυλομήτης; ἀγκυλόμητις.  
 214.  
 ἄγνοια et ἄνοια confusa. 328.  
 ἀγνύναι cum digamma. 231.  
 ἀδεικτος. 163.  
 ἀδνηετή. 131.  
 ἀδνήης. 131.  
 Adiectivum a substantivo  
 structurâ disparatum. 230.  
 αἰεΐδειν. De futuro h. v. 3.  
 Aeschines orator. 156.  
 ἀθανασία. De quantitate h.  
 v. 278. ἀθανασία et εὐθα-  
 νασία confusa. 278.  
 ἀθάνατος. De quantitate h.  
 v. 278.  
 αι infinitivorum elisum.  
 241.  
 αι et ε confusa. 42.  
 ἀκέφαλοι versus. 71, 231.  
 ἀκραής. 239.  
 Alcathous. 54.  
 ἀλεινός, calidus. 158.  
 ἀλεινός, vitandus, barba-  
 rum. 158. [Libri Ba-  
 rocciani scriptura ex-  
 pressa est ex Hesiodi  
 carmine extr. Conf. Cal-  
 limach. H. in Cerer. 25.]  
 Alexis. v. infra s. v. κελίξ.  
 ἄλλοτε ἄλλως etc. 14, 108.  
 ἀληστήρ, ἀληστής. 216.  
 ἄμαν, ἀμασθαι. 229.  
 ἄμαξα, ἄμαξα. 30.  
 ἀμετροί, ἀμέτρως. 164.  
 ἀμήτωρ. 129.  
 ἀμφι et οὐνεκον posita. De  
 παραλλήλου. 169. sq.  
 ἄμω indeclinabile. 159.  
 ἄν pro ἐάν positum corri-  
 piatur an producatür 91.  
 Conf. not. ad p. 269.  
 ἀναγκαῖος. 25.  
 ἀνακλήτωρ. 273.  
 ἀναλλοκω. De augmento  
 h. v. 274.



Anapaestus in pari sede  
versuum iambicorum.  
131.

ἀνάσχετος. 11.

ἀνάντιν. De constructione  
h. v. 5.

ἀνήρ. De quantitate pae-  
nultimae 306.

ἄνοια et ἄγνοια confusa. 326.

ἀνσχετος 11.

ἀντιπνέειν ἀντίμοις. 162.

Aoristus sententiam indi-  
cans generalem. 227. Ao-  
ristus medii passiva si-  
gnificatione. 166. [Add.  
Leonid. Tar. LXII. 2.

Etiā in Callimachi H. in  
Apoll. init. εἰσεῖσατο vide-  
tur positum pro εἰσεῖσθη.]

ἀπάλαμνος, ἀπάλαμος. 24.  
215.

ἀπάτωρ. 129.

Apollonius Rhodius. 169. sq.

ἀπονίπτεσθαι. 66.

Ἀρχεφόντης. 215.

Aristophanes. 148.

ἀρόμναι. 215.

ἄροτος et ἄροτρον confusa.  
76.

ἄροτρον κόρος. 168.

Articulus a substantivo se-  
iunctus interserto prono-  
mine. 56.

ἀρχὴ καὶ τελευτὴ καὶ μέ-  
σον. 3.

ἄσπετος synizesin passum.  
133.

Attractio. 255. [Aliud at-  
tractionis genus tetigi in  
not. ad Epistol. Pythagor.  
p. 300. Orell.]

ἀτρέσθαι. 170.

ἀνθις. 214.

ἀνύθη. 129.

ἀντις. 214.

ἀντομήτωρ. 129. [Prorsus  
geminum est ψευδοπάτωρ

Callimachi H. in Ceter,  
99.]

αὐτός. ὡτός. 27. 47. 62.

αὐτοῦ de persona secunda.  
305. 327.

## B.

βαδύκητης. 14.

βαίνειν de coitu. 16.

βασιλῆς. 224.

Βιβλίος. 239.

βλάπτειν i. q. στερεῖν. 94.

βοή. ὅσον ἀπὸ βοῆς ἔνκα.  
170.

βρόχος priori producta. 71.

Βύβλιος. 239.

## Γ.

γαλή 259.

## Δ.

Dativi pluralis vocalis qua-  
tenus elidatur. 5.

δε in apodosi. 226.

δεινύειν. 163.

δεινός. 9. sq.

δειπνολόγη. 4. 244.

Demonax. v. infra s. v.  
ὑπέρθεος.

Demosthenes. 155.

δεννάειν. 77.

δεσμός et πίδαη iuncta. 135.

δηλίφων barbarum. 179.

διακρίνειν. 100.

διάκτομος. 215.

διομήτωρ. 129.

Δίος. 225.

δίχα. 9. [Aeschylus Pro-  
meth. 935. Br. ὅσον τὸ τ'  
ἄρχειν καὶ τὸ δουλεύειν

- διχα. Choëph. 774. Sch.  
 alt. ἔχεις τε πῶν λελεγμέ-  
 νων διχα;]  
 διχόμυθος. 9.  
 δολομήτης, δολομήτης. 214.  
 δοραὶ αἰγῶν. 7.  
 δούλιος an i. q. δόλιος. 41.  
 Dualis pro plurali usurpa-  
 tus. 220. Dualis aoristo-  
 rum persona III. in — ον.  
 221.  
 δύο, δύν. 525.  
 δυοαίς. 239.  
 δύοσμαι. De quantitate h.  
 v. 56.  
 δύο. v. s. v. δύο.  
 δωρεῖν. 216. [Activum iam  
 usurpavit Homerus, si  
 fides libello de Homeri-  
 ca pœsi, quem alii tri-  
 buunt Plutarcho, alii  
 Dionysio Halicarnassen-  
 si, p. XL. extr. Barnes.]

## E.

- εἶαρ synizesin patitur. 255.  
 εἰκτόν de persona secunda.  
 305. 327.  
 εἰβδομάς eliciendum e præ-  
 gresso ἐπτά. 110.  
 εἰ cum coniunctivo. 94. 106.  
 εἶθε cum infinitivo. 106.  
 [Cum Euripideis compa-  
 randa Homericæ Odys.  
 XXIV. 376. 377. ubi par-  
 ticulae optandi αἰ γὰρ  
 eadem ratione regunt in-  
 finitivum iunctum nomi-  
 nativo participii.]  
 εἰδίξεν. 145.  
 εἰκέν τόπον, ἐκ τόπον. 94.  
 εἶναι. Coniunctivus εἶω,  
 εἶης, εἶη. 170. 238. εἶμεν.  
 18. Ellipsis coniunctivi. 22.  
 Ellipsis imperativi. 157.

- [v. Schol. ad Pindari O.  
 XIV. 21. — Num forte  
 haec ellipsis etiam ibi ob-  
 tinet, ubi infinitivus cum  
 accusativo ἐπιταγματικῶς  
 aut ἐκτικῶς positus est?]  
 εἶνεμεν an in scenâ locum  
 habuerit. 308.  
 εἶς i. q. μόνος. 157.  
 εἶς et ἐκ confusa. 274.  
 εἰσαίρεσθαι i. q. προσφέρει-  
 σθαι. 65.  
 εἶω et εἶω confusa. 7.  
 ἐκ et εἶς confusa. 274.  
 ἐκ et εἶδ confusa. 25. [Mo-  
 nui de hac confusione in  
 Melet. p. 69. Satis fre-  
 quentem esse, docent no-  
 tae Uptoni ad Dionys. Hal.  
 de compos. verb. p. 162,  
 Lips., Weiskii ad Lon-  
 gin. p. 571., Schneideri  
 ad Aristotel. H. A. T. III.  
 p. 259. T. IV. p. 154. et  
 ad Xenophont. Opusc.  
 Polit. p. 56., Schleusneri  
 Cur. noviss. in Phot. col.  
 526., Astii ad Theophr.  
 Char. p. 95.]  
 ἐκτρέπελος. 25. [V. not. ad  
 Pindari Pyth. IV. 186. ubi  
 unice verum puto ἐκτρέ-  
 πελον.]  
 Ellipsis verbi finiti e se-  
 quente oratione subau-  
 diendi. 228. verbi cognati.  
 10. 59. 14. verbi rarior.  
 42. totius sententiae. 240.  
 [Conf. v. 607. Nisi forte  
 h. l. plene interpungend-  
 um post λιμὸν, versus-  
 que 605. et 606. iungendi  
 praecedentibus. Quod si  
 probas, versus 605. et  
 604. pro parenthesi sunt  
 habendi.]  
 ἐμβρυος, ἐμβρυον. 167.

ἔρδοθεν, ἔρδοθι. 256. 259.  
sq. 245.

ἔρκα, οὐνεκα. Graeci his particulis licenter uti. 170. [Eliam in ἔρ οὐνεκα puto duas particulas idem significantes ἐκ παραλλήλου positas esse. Quapropter nolim cum Loebckio scribere ὀθοννεκα: quam scripturam tetigi in not. ad Sophocl. Aiac. T. I. p. 229. Ex uno Sophocle (Aiac. l. c.) ὀθ' οὐνεκα habet H. Stephanus Thes. T. I. c. 4204. H. Poterat citare etiam ex eiusd. Oed. Col. 855. Item ex Aeschilo, qui Prom. 530. ζῆλῳ σ', ὀθ' οὐνεκ' ἐκτός αιτίας κρυεῖς. ubi quae continuo sequuntur, ἄντων μετασχῶν καὶ τετολημῶς ἐμοί, dignam animadversionem structuram habent: nam vis praepositionis μετὰ pertinet etiam ad sequens participium τετολημῶς. Non infrequens hoc idiomata est in verbis cum praepositione σύν compositis: aliquanto rarius in verbis compositis cum alijs praepositionibus. De illis notavi nonnulla in Indice ad Gregor. Cor. p. 1032. quibus hic accedant sequentia. Euripides Iphig. T. 668. καὶ υπογαγγῆναι καὶ πυρωθῆναι δέμας. Etymolog. M. col. 743. in συμβαρύνεται καὶ ὀξύνεται τοῖς ἀροεννοῖς. ad quem locum Sylburgius p. 44. b.: „sensus est, συμβαρύνεται καὶ

οὐνοξύνεται, praepositione in utroque commate subaudita.“ Verborum cum ἐκ compositorum hoc reperi exemplum. Homerus Odys. XXII. 50. ὄσα τοι ἐκπέπεται καὶ ἔδηδοται ἐν μεγάροισιν. h. ε. ἐκπέπεται καὶ ἐξέδηδοται.]

ἐντροπέσθαι. 31.

ἐντέειν, ἐντέειν. 18.

ἐξάνεσας. 147. 155.

ἐξω et εἰσω confusa. 7.

ἐπαινεῖν. De forma futuri h. v. 10. 64. [Utramque formam frequentatam fuisse, docent verbalia αἰνετός et αἰνετός: quorum posterius Lexicographi parum curarunt. Pindarus Nem. VIII. 66. αἰνέων αἰνετά.]

ἐπαμήσασθαι ἄν. 54.

ἐπί cum conjunctivo. 99.

ἐπί οὐ non semper coalescunt persynizesin. 241.

ἐπί τοι καί. 83. [Plato T. XI. p. 19. Bip. ἐπί τοιγε καὶ ὀρθῶς αὐτοῦ θεός εἶπε. Bekkerus dedit ἐπί τοι καί — II, 5. p. 424.]

ἐπί. ἐφ' ἢ γε, ἐφ' ἢτε. 264.

ἐπί et περί confusa. 179.

Epigramma Megaris repositum. 54.

ἐπιδείειν. 164.

ἐπιπάγην vox non Graeca. 224.

ἐπιπευθεῖη. 156.

ἐπιφ' ἔρειν. 171.

ἐρατός passim corruptum. 90.

ἐργάζεσθαι. ἐργάσαι, ἐργάσαι. 214.

ἔρκος ὀδύρων. 110.

*Ἐρμίας, Ἐρμείης.* 215.  
*ἔστε* et *εἴστε* confusa. 31. [v. not. ad Dionys. Halic. de comp. verb. p. 308.]  
*ἔτερος. τοῦτερον* etc. 155.  
*ἔτος* an digamma habuerit. 219.  
*εὐ* et *ἐκ* confusa. v. *ἐκ.*  
*εὐνοῖα.* 239.  
*εὐθανασία:* 278. sq. *εὐθανασία* et *ἀθανασία* confusa. 278.  
*εὐθύ, εὐθύς.* 154.  
*Euripides.* 5. 7. 88. 156. 168.  
*εὔτε* et *ἔστε* confusa. v. *ἔστε.*  
*Eutecnius.* 226.  
*εὐτραπέλος.* 25.  
*ἐφίλοσασθαι γαίαν.* 34.  
*ἐφικνεῖσθαι.* 235.  
*ἔργον* pro *ὄν.* 136.

## Z.

*Ζεφυρίη* primā productā. 71.

## H.

*η* correptum. 132.  
*ἠθάω.* 60. 243.  
*ἦθεα.* 222. [Illic cur *τε* omitti oporteat, causa non alia videtur habenda esse quam digamma. V. Heynius ad Hom. Il. T. VII. p. 754. qui „In Hesiodo“ inquit „aliquot locis est emendandum“. Quod si verum est, v. 121. corrigas: *ἀνθρώποις κατὰ ἦθεα.* Vid. Hom. Odyss. XIV. 411. Et conf. not. ad p. 236. et 243.]

*Herodotus.* 33.  
*Hesiodus.* 134. 241. v. supra s. v. *Ellipsis.* item s. v. *ἦθεα.* item infra s. v. *μεμνημένους.*  
*Hesychius.* 12. 25. 131. 179.

## Θ.

*Θαλία.* 159.  
*Theognis.* v. infra s. v. *μελεῶναι.*  
*Theognidis patria.* 54.  
*θηροφόνη.* 4.  
*θησκεῖν. τεθάναι.* 15. [*τεθάναι*, mediā productā, legitur in Aeschyli Agam. 547. Schütz.]  
*θητός, mortuus.* 164.  
*Thucydides.* 17.

## I.

*i* dativi elisum. 110.  
*Iamblichus.* 163.  
*ἰκελος.* 225.  
 Infinitivorum futuri temporis usus Graecae linguae proprius. 16. 37. [Xenophon Anab. II, 4. 19. *ὡς οὐκ ἀκολουθεῖν εἶη τὸ ἐπιθίσθαι καὶ λύσαι τὴν γέφυραν.* Schneiders: „Ita margo Steph. cum libro Brodaei habet pro vulgato *τὸ τε ἐπιθίσθαι καὶ τὸ λύσαι.*“ Vulgatum hoc me quidem non offendit. — Schol. ad Pind. Nem. VII. 141. *δύνασαι — ἀπάλλεξεν.*]  
*ἰσηξ.* 221.  
*ἰσημι* cum digamma. 213. 248.

ἴσος, ἴσος. 50. ἴσος et οἶος  
confusa. 226.  
ἴσους, pariter. 20.

## Κ.

Caesurae vis ad producendum. 27.

καδικνωσίδου. 233.  
καὶ γὰρ postpositum. 49.  
καὶ et ὡς confusa. 59.  
καινός. αἰεὶ τι καινόν etc. 279.  
κατέσχατος. 326.  
Callimachus. v. supra s. v.  
Aoristus.

καλός. De quantitate h. v. 511.  
κατατιθέναι, κατατίθειναι.  
32.

κατοπαΐξεν. 276.  
καχορεοσάμενος. 215.  
καῶθμι. 21. sq.  
καῦθος. 21.  
κεφαλήφι, κεφαλήφω. 257.  
Κηρινθος. 60.  
κήρυξ, κήρυξ, 215. sq.  
κράναι. De quantitate h.  
v. 157.

κλήτηρ. 273. sq.  
Coronae convivales. 66.  
κωρος ἄρσεν, 168.  
Corporis humani dissectio.  
160.

κράνα. 180. [Callimach. H.  
in Dian. v. 72.]

κύλλος, ἡ. 179.  
κρίσων, κρίσων. 46.  
κράσθαι passivâ signifi-  
catione. 145. sq.

κυθός. 223.  
κυθός. 223.

κλιε subaudiendum. 38.  
[Num in Alexidis fragm. I.  
v. 5. scribendum τὰς  
ἀκράτους πίνουμέν?] ]

κλινάειν. v. infra s. v. κλι-  
νῶναι.

κωλύειν i. q. κωλύειν.  
171.

## Λ.

λανθάνειν. ληλησμένος, λε-  
λασμένος. 187. [Epicam  
formam Panyasidi dudum  
reddiderant H. Step-  
hanus et Wintonus, quos  
secutus est Gaisfordus.]  
λείπειν. De aoristo I. h.  
v. 148.

Λ βὴ αἰεὶ τι καινόν etc.  
279.

Liquidae pronuntiando ge-  
minantur. 134.

λιτουργός. 129.

Longinus. 88.

Λοκουργος orator. 89.

λωμίνεσθαι. De constru-  
ctione h. v. 518.

λωβῆν. 155.

## Μ.

Magnetismus animalis. 108.

μάκρας. 109.

μεγακλήτης. 14.

Megara. 54.

μεθίναί, μεθίσειναι. 94.

μελεδῶναι, μελεδῶνες. 215.

[Etiam in Theognid. v. 863.  
malim μελεδῶνας. item in  
fragmento. Cypriorum,  
quod Bekkerus ad illum  
versum citavit.]

μελετῶν τινός. 226. [V.

Schol. ad Pindari Ol. VI.

61. et XIV. 26. Nem.

VI. 91. et VIII. 52. Isthm.

V. 36.]

μεμνημένος. Usus huius  
participii, eiusque abso-  
lute positi, solentis est

in formulis imperandi.  
 V. Hesiod. 592. (ubi prae-  
 stat quod al. habent, *ἄρα*  
*ἔργα.*) 584. 656. 675. Plene  
 idem 273. sq. *ἀλλὰ σὺ γ'*  
*ἡμετέρας μεμνημένος αἰὲν*  
*ἐφετμῆς ἐργάζεαι.* Abun-  
 danter Aeschylus Choëph.  
 676. sq. Schütz. alt. *πρὸς*  
*τοὺς τεκόντας πανδίκως*  
*μεμνημένος τεθνεῶν* Ὁρέ-  
 στην εἰπέ' *μηδαμὸς λάθη.*  
 Hunc quoque usum iam  
 in Homericæ pœsi repe-  
 rias. v. Il. V. 263. XIX.  
 153.

*μεταδιδόναι.* 62.

*μετέχειν.* 62.

*μέτρον. κατά μέτρον.* 164.

*μη* velans cum imperativo  
 aoristi. 155. [Aeschylus  
 Prom. 532. Br. *μηδέ σοῦ*  
*μνησάτωι.*] cum coniu-  
 ctivo praesentis. 156. 158.  
 cum futuro. 318. [Ae-  
 schylus S. c. Th. 252.  
 Br. *μηδὲν τῶνδ' ἐρεῖς.*]

*μητρομήτωρ.* 129.

*μητροπάτωρ.* 129.

*μικρός* et *ὀλίγος* confusa. 316.

*Mimnermus.* 90.

*μοῖραν* absolute usurpatum.  
 134.

*μόνος* i. q. *εἷς.* 212. *μόνος*  
 [τῶν], ὅσα etc. 203.

## N.

*ν* paragodicum. 5. 9. 19.  
 21. 63. 107.

*νάρις. νῆα* monosyllabum;  
 248.

*νήφορον.* 187.

Nentra adiectivorum. 19.

59. 48. 59.

*νήφων, νηφοτος.* 47.

Nominativus cum infinitivo

loco imperativi posito. 58.  
 169. [Aeschyl. Prom. 711.  
 sq. *οἷς μὴ πελάξειν, ἀλλ'*  
*ἀλιστόνοσ ποδάσ χριμπτου-*  
*σα ῥαχίαιον ἐκπερᾶν χρο-*  
*να.* Vid. Hesiod. Op. 742.  
 746. Naumach. 32. et  
 sic saepissime. Alibi accus-  
 sativus ponitur, v. c.  
 Hesiod. Op. 751.] No-  
 minativus cum infinitivo  
 loco optativi posito. 156.  
 [Usus illius infinitivorum  
 quam dedi explanationem  
 in notis ad L. Bos. Ellips.  
 p. 620. eam explodit Her-  
 mannus in commentatio-  
 ne de ellipsi et pleona-  
 smo in Gr. l. p. 131. sq.  
 Sed in illa disputatione  
 viro egregio, ut sumus  
 homines, humani quid  
 accidisse, facile suspica-  
 beris, si contuleris quae,  
 cum meis illis amicis-  
 sime conspirantia, adno-  
 tavit ad Viger. p. 753.  
 sq. ed. I. p. 745. ed. II.  
 Add. I. I. H. Nastii li-  
 bell. *Ueber Homers Spra-*  
*che* p. 25. Conf. tamen  
 quae notavi supra s. v.  
*εἶναι.*]

*νόμος, cantilena, fabula.* 25.  
*νόμα.* 180. [Callimach. H.  
 in Del. 215.]

*νώνυμος, νώνυμος.* 219.

## Ξ.

*Ξενόδοχος, Ξενοδοκος, Ξενο-*  
*δοχος.* 318. sq.

*Xenophon.* 17. 88. 155. V.  
 etiam supra s. v. Infini-  
 tivorum etc.

## O.

ὁ, ἡ, τό. Usus articuli insolens. 48.

ὄδε, ὄ δέ. 222. 224. 225. 257. 245. 247.

ὄδ' οὐνεκα. v. supra s. ἔνεκα.

οἶζυρός. 151.

οἶκος etc. cum digamma. 241.

οἶος et ἴσος confusa. 226.

ὀλιγός et μικρός confusa. 516.

Homerus. 99. 241.

ὀμός. 8. una cum. 22.

Oxytonorum apostrophatum et passorum recta tonosis.

ὀπάζειν. 226.

Oppianus. 195.

Optativus usus in interrogationibus sine ἄν. 195. οὐκ ἄν. ibid.

ὄρη et ὄρη confusa. 19. 225.

ὄρη et ὄρη confusa. 19. 225.

ὄρη. De quantitate h. v. 162.

ὄρη. De quantitate h. v. 162.

ὄρη, ὄρη. 70. [Schol. ad Pindari Ol. I. 115.

ὄρη, ἢ νύξ, βαρτόνως ὄρη δέ νύξ, ἀπὸ τοῦ σκοτεινῆ, ἐπιθετικῶς, ὄρεται.]

ὄς, ubi expectes εἴ τις. 186.

[Cum Platonis loco comparanda hunc Xenophontis Oecon. IV. 19. Ἐγὼ δέ

καὶ τοῦτο ἡγοῦμαι μέγα τεκμηρίον ἀφροντος ἀρετῆς εἶναι, ὡς ἂν ἐπόντες ἔπονται, καὶ ἐν τοῖς δεινοῖς παραμένειν ἐθέλωσιν.]

ὄρα. ὄρα etc. relatum ad τὰ etc. 192. sq. [Hesiodus Fragm. p. 445. Loesn.

ὄρα. ὄρα etc. relatum ad τὰ etc. 192. sq. [Hesiodus Fragm. p. 445. Loesn.

ὄρα. ὄρα etc. relatum ad τὰ etc. 192. sq. [Hesiodus Fragm. p. 445. Loesn.

ὄρα. ὄρα etc. relatum ad τὰ etc. 192. sq. [Hesiodus Fragm. p. 445. Loesn.

ὄρα. ὄρα etc. relatum ad τὰ etc. 192. sq. [Hesiodus Fragm. p. 445. Loesn.

ὄρα. ὄρα etc. relatum ad τὰ etc. 192. sq. [Hesiodus Fragm. p. 445. Loesn.

ὄρα. ὄρα etc. relatum ad τὰ etc. 192. sq. [Hesiodus Fragm. p. 445. Loesn.

ὄρα. ὄρα etc. relatum ad τὰ etc. 192. sq. [Hesiodus Fragm. p. 445. Loesn.

ὄρα. ὄρα etc. relatum ad τὰ etc. 192. sq. [Hesiodus Fragm. p. 445. Loesn.

ὄρα. ὄρα etc. relatum ad τὰ etc. 192. sq. [Hesiodus Fragm. p. 445. Loesn.

ὄρα. ὄρα etc. relatum ad τὰ etc. 192. sq. [Hesiodus Fragm. p. 445. Loesn.

ὄρα. ὄρα etc. relatum ad τὰ etc. 192. sq. [Hesiodus Fragm. p. 445. Loesn.

ὄρα. ὄρα etc. relatum ad τὰ etc. 192. sq. [Hesiodus Fragm. p. 445. Loesn.

ὄρα. ὄρα etc. relatum ad τὰ etc. 192. sq. [Hesiodus Fragm. p. 445. Loesn.

ὄρα. ὄρα etc. relatum ad τὰ etc. 192. sq. [Hesiodus Fragm. p. 445. Loesn.

ὄρα. ὄρα etc. relatum ad τὰ etc. 192. sq. [Hesiodus Fragm. p. 445. Loesn.

ὄρα. ὄρα etc. relatum ad τὰ etc. 192. sq. [Hesiodus Fragm. p. 445. Loesn.

ὄρα. ὄρα etc. relatum ad τὰ etc. 192. sq. [Hesiodus Fragm. p. 445. Loesn.

ὄρα. ὄρα etc. relatum ad τὰ etc. 192. sq. [Hesiodus Fragm. p. 445. Loesn.

ὄρα. ὄρα etc. relatum ad τὰ etc. 192. sq. [Hesiodus Fragm. p. 445. Loesn.

ὄρα. ὄρα etc. relatum ad τὰ etc. 192. sq. [Hesiodus Fragm. p. 445. Loesn.

ὄρα. ὄρα etc. relatum ad τὰ etc. 192. sq. [Hesiodus Fragm. p. 445. Loesn.

ὄρα. ὄρα etc. relatum ad τὰ etc. 192. sq. [Hesiodus Fragm. p. 445. Loesn.

ὄρα. ὄρα etc. relatum ad τὰ etc. 192. sq. [Hesiodus Fragm. p. 445. Loesn.

ὄρα. ὄρα etc. relatum ad τὰ etc. 192. sq. [Hesiodus Fragm. p. 445. Loesn.

ὄρα. ὄρα etc. relatum ad τὰ etc. 192. sq. [Hesiodus Fragm. p. 445. Loesn.

ὄρα. ὄρα etc. relatum ad τὰ etc. 192. sq. [Hesiodus Fragm. p. 445. Loesn.

## II.

παρ' καιρόν et παρά καιρόν. 516.

παράτριβεν. 55.

παριδεῖν et περιδεῖν confusa. 328.

pariter. 22.

παρόνομος, πάρονος. 18.

Participia ubi naturam inclinationis modum mutant. 47.

πάσασθαι. 15.

πάσχειν. ἦν τι πάθω etc. 88.

πατρομήτωρ. 129.

πατροπάτωρ. 129.

πενεῖν. 327.

πενούειν. 327.

περίδρομος. 46.

περιδεῖν et παριδεῖν confusa. 328.

περιτρέπειν. 152.

Pindarus. v. supra s. v. ἐκτραπέλας.

πιστός. 24.

Plato. 148. 169. 186.

πλίον. τί πλίον et τὸ πλίον confusa. 125.

Pleonasmus. 27. sq. 172.

πλοκαμηῖς. 171.

ποικιλομήτης, ποικιλόμητις.  
214.

ποικίλος. 45.

πολυμήθρη. 240.

πολυχρόνιος. 191.

πov. πολλάκι πov, del πov.  
177.

Praepositionum usus in eodem loco variatus ad idem significandum. 203.

προμήτωρ. 129.

προπάτωρ. 129.

Pronominum formae ple-  
nae et encliticae. 5. Pro-  
nominis relatiivi synta-  
xis idiomatica. 64. sq.

πρός τινος εἶναι. 91.

πρώτος καὶ τελευταῖος καὶ  
μέσος etc. 3.

πυκάζειν. πυκάζειν, πυκάζ-  
ειν. 257.

πῶλος passim latet cor-  
ruptum. 163.

Socraticus scriptor Bryxiae.  
273.

Socraticus scriptor de lege.  
273.

Sophocles. 9. 170. [Poste-  
riorem Sophoclis locum  
quod negavi mutandum  
esse, nolim ita intelli-  
gi, ac si etiam forma scri-  
pturae antiquae mihi  
prohetur. Scilicet scri-  
bendum σοῦνεκα, quem-  
admodum scribimus τοῦ-  
νεκα.]

Sotades, 277. sq.

Sotadicum metrum. 277.

σ. Ante has litteras an  
brevis corripitur. 151.

σποδιός. 131.

Strabo. 90.

Suidas. v. infra s. v. ὑπερ-  
θεος.

## P.

παδῶος. 4.

πίπτειν, πίπτειν. 15.

## Σ.

Σαλαμιναίτης, Σαλαμινό-  
φης. 113.

σηγῆλος, σηγρός. 324.

Σικελικός et Σικελός confusa.  
55.

Simonides. v. infra s. v. εἶ.

σιούρα. 7.

Σλουφος. De quantitate h.  
v. 40.

σκάπτειν διέλλη etc. 165. sq.

σύνυφος priori producta. 71.  
187.

Socrates an aliquid scri-  
pserit. 277.

## T.

ταμίον, ταμίον. 324.

τάτης. De quantitate h.  
v. 76.

τῶρα. 15.

τὲ non praepositur vo-  
cabulo ad quod refertur.

73. [Ne quis mihi op-  
ponat locutiones bimem-  
bras ellipticas, membris

per τὲ alteramque copu-  
lam iunctis, ubi vox

quam sequitur τὲ in priori

membro, in posteriori

ad alteram copulam sub-  
audienda est. Quorum

locutionum ratio cum vi-  
ris graece perdoctos pas-  
sim fugerit, aliquot ex-

empla rei ceteroqui per-  
vulgatissimae exponem.

Plato T. XI. p. 8. Bip.



σοφίας τῆς τε σεαντοῦ καὶ τῶν νῦν ἀνθρώπων. Plena locutio est: σοφίας τῆς τε σεαντοῦ καὶ τῆς τῶν νῦν ἀνθρώπων. Ut multum fallenetur, si quis copulam τὲ ad σεαντοῦ referens *praepositam voci suae* diceret. Itaque non opus erat, ut in Philemonis fragm. XI. v. 7. Brunckius alterum articulum insereret (not. p. 270.). Panyasis fragm. I. v. 4. ὅς τ' ἐν δαιτὶ καὶ ἐν πολέμῳ —. Quis hinc tam parum sit λογικός, ut dicat τὲ pertinere ad ἐν δαιτὶ habeatque hoc pro exemplo copulae *praepositae*? Immo plena oratio est: ὅς τ' ἐν δαιτὶ καὶ ὅς ἐν πολέμῳ —. Eodem modo Aeschylus Prom. 489, sq. οἵτινές τε δεξιοὶ φύσιν, εὐώνυμοί τε. pro καὶ οἵτινες εὐώνυμοι. Pindarus Nem. I. 46. εὐ τε παθεῖν καὶ ἀκούσαι. plene: εὐ τε παθεῖν καὶ εὐ ἀκούσαι. Plato T. XI. p. 55. ὅτι τε εἰσθαι —, καὶ ἐπιτετῆθενκας —. plene: — καὶ ὅτι ἐπιτετῆθενκας. Aeschylus S. c. Th. 1075. sq. Br. ὡς περ τε πόλις καὶ τὸ δίκαιον —. plene: — καὶ ὡς περ τ. δ. Nullarum autem partium orationis frequentiores sunt huiusmodi ellipses, quam *praepositionum*. Plato T. V. p. 286. ἐν τε πόλεσι καὶ ναοῖς. p. 293. ἐκ τε — τοῦ Πειραιῶος καὶ τοῦ ἄστυος. plene: καὶ ἐν ναοῖς. et: καὶ ἐκ τοῦ ἄστυος. Add. not. p. 256.

ubi quod scripsi de Brunckio, fortasse scripsi paullo calidius. In Simonidis quidem loco vir celeberrimus verissime monuit copulam τὲ referendam esse ad vocem sequentem ideoque mutandum ordinem verborum: nam duo illa epitheta sunt unius eiusdemque ὄρου. Sed ubi de rebus agitur diversis, talis copulae positura talesque *praepositionum* ellipses toties occurrunt, ut qui exemplorum huius idiomatis numerum inire velit, non minus ineptus sit, quam qui instituat numerare arenas.]

τελευτήν. v. τέρμα.

τέρμα, postremo. 164. [Jam Hoogeveenus ad Viger. p. 145. cum vulgari τέλος comparavit. Addo, item rarum, τελευτήν. Pindarus Nem. XI. 21. καὶ τελευτῶν ἀπάντων γὰρ ἐπιεσσομένους.]

τιθέναι, τίθεσθαι. 92.

τίθειν, τίνουσαι, τίννουσαι, 29. 248.

τρέπασθαι ἐπὶ τι, πρὸς τι. 50.

τρέβειν. 55.

τροφή et τροφή confusa. 157.

τροφῆν. De quantitate h. v. 162.

Tyrtaeus. 65.

## Γ.

ὕγδια, ὑγίεια. 524. 525. 526.

ὑπάγειν. 62.

ὑπερθεν c. genit. 257.

ὑπέρθεος. H. Stephanus Ind. in Thes. P. II. c. 140. C.: „Ἰπέρθεον, Quod est supra numen divinum, vel numinis voluntatem.“ nullo huius adiectivi auctore citato. Robertus Constantinus cum aliis Lexicographis, item sine auctore: „Ἰπέρθεον, ὑπὲρ τὸ θεῖον, ἢ τὴν τοῦ θεοῦ γνώμην, praeter numinis voluntatem.“ Omnes secuti sunt Hesychium aut Suidam. Sed in Hesychio recte monuit V. D. pro ὑπέρθεον legendum esse ὑπὲρ θεόν: eodemque modo in Suida corrigendum est. Praeterea in Demonactis versu, qui est Brunckio in Monostichis v. 202., cum pro ὑπέρθεα e Stobaeo editum sit ὑπὲρ θεοῦς, facile intelligitur, fidem huius adiectivi admodum dubiam esse. Schneiderus versum edidit turpiter hiantem: Θνητός θρησκώς μὴ φρονεῖ ὑπέρθεα. Ἐπερτερία. 33.

## Φ.

φαίνειν. φανίη, φανήη. 232. 243.  
Philemon. v. supra s. v. τῆ.  
φοῖνιξ. 4. φοῖνιξ an φοῖνιξ. 215. sq.

## X.

χαιτήεις. 152.  
χαιτόεις an graecum sit. 162.  
χαλεφθεῖς etc. 15.  
χάρεν ἕνεκα posita ἐκ παρὰ ἀλλήλου. 169. sq.  
Chasmodiae osores. 108.  
χέρον. 66.  
χρυσέην; χρυσήν. 215.  
χωρίζεσθ. 9.  
χωρίς. 9.

## Ψ.

ψυδρός. 11. sq.  
ψυδρός. 11. sq.

## Ω.

ω correptum. 132. 156.  
ω et ων per synizesin coalescunt. 50.  
ων. 151. 133.

Pag. 20. not. ad v. 218. lin. 2. πόν. leg. πόν.